VERSI

ITALIANI E LATINI

..... Grates persolvere dignas
Non opis est nostræ.

VIRGIL. Æneid. lib. I.

PESARO

PEI TIPI DI ANNESIO NOBILI

1833.

Digitized by Google

Digitized by Google

ALL' ILLUSTRISSIMO E REVERENDISSIMO

SIGNOR CANONICO

DON GIROLAMO DE ANGELIS

PROFESSORE DOGMATICO

E RETTORE DEL VENERABILE SEMINARIO E COLLEGIO
DI MONTEFIASCONE

Annunzio Nobili Tipografo.

Illustrissimo Signore.

Quando mi recai a visitare il Venerabile Seminario dalla S. V. con tanta cura, e con tanto successo diretto, ebbi io molto da maravigliare e per l'umanità vostra, e per quella

Digitized by Google

de giovanetti alunni. E mi fu in fatto dolce sorpresa il vedermi quando loro mi presentai, non solo nei modi più cortesi accolto, ma salutato di alcuni versi italiani e latini, de' quali certo, come pieni erano di lodi non dovutemi, mentre io ebbi meco stesso a rallegrarmi, non potei a meno di non arrossirne. Se non che conoscendo, che non a me, ma alle opere da me stampate a difesa della Religione e del Trono si devono quelle molte lodi, la naturale vergogna cessò, e mi fece luogo a riflettere sulla saviezza di quei giovani, e sulle speranze dolcissime che essi ne porgevano. E tanto di questo mi compiacqui, che i versi donatimi ebbi in luogo di nuovi stimoli a

ben operare, e condurmi con costanza nell'impresa incominciata di contradire alle dottrine nuove, e mantenere le antiche in venerazione e in vigore.

Ma desideroso essendo di mostrare a que' giovani bennati la mia gratitudine a tanta loro bontà, ho voluto fare imprimere co' miei torchi quei versi stessi, di che essi mi presentarono, e dedicarli in ossequio alla S. V., pregandola e a mostrare a tutti l'animo mio riconoscente, e a non isdegnare questo tenue attestato della mia devozione. E le bacio con riverenza le mani.

Digitized by Google

Digitized by Google

SONETTO

Chi per la patria valoroso e forte
Scontra di turba ostil l' armi e il furore,
Nè spavento gli dan perigli o morte,
Di verde lauro merta al crine onore.

E degno è pur di gloriosa sorte
Chi a cittadini con acceso amore
De' rei svelando le menzogne accorte,
Mostra i vanti veraci ed il valore.

Tal Nobili sei tu che arditamente
Alla Sirena perfida triforme
Resisti, e scopri altrui com' ella mente.

Segui l' opra incomincia, e in ogni lido
Quanti son cui nel sen virtù non dorme,
Diffonderan delle tue laudi il grido.

Lorenzo Dasti.

Digitized by Google

SONETTO

Di verace virtude Annesio amante
Di Religion del Trono difensore
Ben sei Tu, e all' empio con vigor costante
Scopri la faccia dell' incauto errore.

E con tua nobil' arte all' insultante
Turba, che senza fede e senza onore,
Ad ogni legge fatta ribellante
Move ovunque a portar pianto ed orrore,

Tal guerra intimi, che disfatta, in breve
Dovrà gittare al suol l' armi omicide,
Perchè a te ne verrà fama non lieve.

E già l' Angel di Roma oggi il tuo nome
Nel sacro Tempio in vivo marmo incide,
E poi serto di lauro alle tue chiome.

Vincenzo Turrio.

ELEGIDION

Quis poterit, quamvis caleant praecordia Phoebo,
Annesî, laudes concelebrare tuas?
Te Deus instituit belli vexilla gerentem
Pro Rege, et sancta dimicuisse Fide.
Per te iterum sperat mores, pacemque vetustam
Italia ad fines posse redire suos.
Heu quis narrando clades, et funera, pestis
Extera quae huc gessit, temperet a lacrimis?
Quam bene vivebant exacta aetate parentes,
Cum nondum Italiam invaserat ista lues!
Sed mortale genus qui perdidit invidus hostis
Idem is jam nobis commoda tanta rapit.
Nam falsam exivit Stygia de sede Sophiam,
Quae rerum faciem duxit ubique novam.
Haec graphicas artes confestim fervere jussit
Cudendo in totas scripta ferenda plagas.
Bella Deo tulit hinc referens documenta Lucretî,
Lascivaeque simul carmina blanda Deae.
Hinc effert Pactum Sociale, opus illud Averni
Intentans Regum demere sceptra manu.

Digitized by Google

Tu tamen Italiae divino munere foedam
  Arcere ANNESÎ, hinc niteris illuviem;
Atque arte ex ipsa, sparsit quae triste venenum,
  Spem vitae solers ipse referre studes.
Sic qui Grajugenûm celebratus carmine vatum
  Cuspis Achillaeus vulnera saeva tulit,
Solus et ipse fuit plagis spes una salutis,
  Solus qui e mortis limine restituit.

Angelus Lucidi.

Digitized by Google

ELEGIA.

Gratulatio pro rebus Italicis bene cedentibus. Laudes ANNESII NOBILI, *qui Italos* liberalismo *corruptos ad meliorem frugem vel difficillimo tempore typographico labore restituere contendit.*

Excessere omnes nostris de finibus hostes;
Versaque praecipiti terga dedere fugae,
Qui modo fidentes animis, et bella moventes
Vastabant urbes, Itala terra, tuas.
Nam mala libertas triplici fucata colore,
Quae solum fuerat gaudia pollicita,
Terrificis comitata choris, Furiisque cruentis
Versavit saeva funera crebra manu.
Jam procul impulerat crudelia ad arma Polonos;
Et fraudes dira severat arte malas,
Atque huc, atque illuc bellantum corpora passim
Viderat hostili semisepulta solo,
Cum male finitimis deducens Alpibus iras
Proh dolor! huc Furiis irruit acta suis.
Ipse ego disploso tormenta trabalia plumbo
Extimui, claustris nam male tutus eram.
Ut male ferbuerunt loca milite! Pectore matres
Pressarunt trepidae pignora cara suo:

Cum modo foedifragos superas sublimis in auras
  Vis mala tartarea legit ad arma tuba.
Dic luctus, dic Roma tuos, cum moesta videres
  Misceri insolitis funera turbinibus,
Cum complexa tui corpus venerabile Patris
  Tristis es aeternum devenerata Deum;
Cum veluti ac rueres Gallorum rursus ab igne,
  Intempestivos nox dabat atra focos.
Talis eras dudum, tanto sic percita luctu
  Nutasti structo nixa caput tumulo.
Gratia sed superis! Crudelibus obstitit ausis
  Pectoribus virtus Itala magna nimis.
Tu mihi praestantes ANNESÎ NOBILIS inter
  Emerita fies nobilis historia.
Nam te non blando libertas cepit amore
  Non te terrificis terruit atra minis:
Quin praelis excusa tuis, jaculataque tandem
  Horruit adversa tela timenda manu.
Ringitur hinc lacerata sinus, et pectora plangens
  Dissecat horrentes ungue rigente comas.
Teque oculis obliqua tuens, et foeta veneno
  Iam deploratis te notat ore choris.
Nam tristes cecidere minae, cecidere tumultus,
  Atque exoptato Pax venit alma polo.
Tybridis indigetes, praesentia numina nobis,
  Omina Lethaeis pellite dira vadis.
Vos prolem servate Patri, prolique Parentem,
  Dum bona sors niveis fulgeat alitibus.

Di N. N.

YRG 2010108